

Ioannes est nomen eius.

✠ Lectio sancti Evangélii secúndum Lucam 1, 57-66. 80

- ⁵⁷ **E**lísabeth implétum est tempus pariéndi,
et péperit fílium.
- ⁵⁸ Et audiérunt vicíni et cognáti eius
quia magnificávit Dóminus
misericórdiam suam cum illa,
et congratulabántur ei.
- ⁵⁹ Et factum est in die octávo
venérunt circumcídere púerum
et vocábant eum nómine patris eius Zacharíam.
- ⁶⁰ Et respóndens mater eius dixit:
«Nequáquam, sed vocábitur Ioáannes».
- ⁶¹ Et dixérunt ad illam:
«Nemo est in cognatióne tua, qui vocétur hoc nómine».
- ⁶² Innuébant autem patri eius quem vellet vocári eum.
- ⁶³ Et póstulans pugillárem scripsit dicens:
«Ioáannes est nomen eius».
Et miráti sunt univérsti.
- ⁶⁴ Apértum est autem ílico os eius et lingua eius,
et loquebátur benedícens Deum.
- ⁶⁵ Et factus est timor super omnes vicínos eórum,
et super ómnia montána Iudææ
divulgabántur ómnia verba hæc.
- ⁶⁶ Et posuérunt omnes, qui audíerant, in corde suo
dicétes: «Quid putas puer iste erit?».
Etenim manus Dómini erat cum illo.
- ⁸⁰ Puer autem crescébat et confortabátur spírítu
et erat in desérto
usque in diem ostensiónis suæ ad Israel.
- Verbum Dómini.